



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Suspirium cordis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

Amor, ô Amor! Utrumque nomen significat tuam
 naturam. Et jam intelligo, quare sic ames. Amor quid
 potest, quàm amare? & qui totus est amor, totus
 amat: & qui est infinitus amor, infinitum amat.

Sed non sic amatur Amor, plangit quidam vir sanctus:
Amor non amatur, non amatur amor! Qui haberet
 oculos tantum ad videndas tenebras, & non ad viden-
 dum lumen, melius eos non haberet. Ita qui amat, &
 non amatur: Amorem, melius est, ut non habeat amorem,
 quam non amari, nec esse. Amo Amorem, & aliud non amo
 quàm Amorem.

CONSIDERATIO XVIII.

AMOR DEI,

Suspirium cordis.

Quisus vis nostri Christus Dominus. Thren. 4. Halitus
 Domini, spiritus cordis, aura vitalis, quæ in vita me
 tenet, non est alia, quàm Christus, amor Christi, præ-
 sentia Christi. O mi Jesu, quod corpus est sine respira-
 tione, hoc est anima mea sine amore.

Quid facis corpus? Non desinis respirare. Et tu,
 anima, desinis amare? Non ita, non ita: tu, corpus, spira
 respiras; & tu, anima, suspira & aspira. Et in quem? ad
 Jesum? suspira ad Jesum, aspira ad Jesum. Ecce, Do-
 mine, hoc pactum inter nos: *quoties inspiro, & respiro;*
aura Domine, suspiro, & respiro: quoties spiro, & respiro
 corpore; toties anima suspiro & aspiro.

O Jesu mi dulcissime, spes suspirantis animæ, in te
 suspirat anima mea, & te aspirat cor meum. O suspirium,
 quod penetrat coelum, & peruenit usque ad cor Dei!
 O suspirium, quod transiit per cælum, & peruenit usque ad
 cor Dei! O desiderium animæ amantis!
 anima mea, ad primum principium, quod tibi
 dedit, ut esses: Suspira ad ultimum finem, qui tibi præ-
 parauit gloriam.

CON: